

2807. XIV, 3-15 — Atestação em como no porto de Lisboa se carregaram de açúcar duas naus inglesas, 1606, Março, 13. — *Pergaminho, Bom estado. Três selos de chapa.*

Omnibus ad quos praesentes literae pervenerint.

Nos ministri serenissimi domini nostri regis in Telonio portus Londini salutem.

Quum Petrus de Bruhesa mercator oneravit apud civitatem Lisboa in quadam nave vocata Diana de London unde Gulielmus Thorne erat navarchus decem cistas saccharorum et in quadam alia nave vocata vulgo

Seaflower de London unde Lucas Whetstom erat navarchus sex cistas saccharorum ad civitatem Londini praedicti transportanda.

Vos per praesentes certiores facimus quod praedictus navarchus cum omnibus praedictis mercimoniis huc in portum Londini praedictum in mensibus Julii et Octobris ultimis praeteritis naves appulerunt et quod Phillippus Burlimachi mercator habitans Londini praedicta mercimonia ex dictis navibus in portu praedicto exonerata exceptit et vectigalia ac omnia alia inde debita serenissimo domino nostro regi bene et fideliter persolvit.

Proinde quam cautionem a Petro de Bruhesa vel ab aliis quibuscunque in hac parte cepistis eandem iis secundum foederis pacti condiciones relaxetis ut aequum est.

In cujus rei testimonium sigilla officiorum nostrorum praesentibus apponi fecimus.

Datis in Telonio portus Londini praedicti decimo tertio die mensis Martii stilo Angliae anno Domini millesimo sexcentesimo sexto annoque regni praedicti serenissimi domini nostri Jacobi Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae regis fidei defensoris etc^a quarto.

V^m Elmrhirste. Coll.

Jo: Mongetr et Comp.

Jhu. Sayer et supinsorum.

A margem, lugar dos selos.

(A. E.)